

nullam omnino melius de se sperandi materiam vel dictis vel factis praeberet, a sum-
 mander Regni Concilio capite damnatus, atq; pra' ipsis Regia foribus securi percussus
 Haec videlicet dicam, et ita quidem dicam, ut quo jure inter omnes, praesertim apud
 indicatum hoc atq; peractum sit facinus, ex aequo possit luculenter constet. Vos modo
 viri, qui probe nostis, quid distent aera lupinis, date hanc mihi veniam, ut pace vestra
 liberior loqui, ipsiq; facti cum aequitate, tum bonitate ab improbissimis obrectato-
 rum calanniis, tum injuriis ab enormissimis Antecessoris mei, qui pro duce ac Coryphaeo
 terram se perit, maledictis impresentiarum vindicare liceat. Ero sane in Argumentorum
 pondere, quod potero, brevissimus. Nam paupertini mei probe conscias ingenii, La-
 tinae malo studere brevitati, quam Asiaticae prolixitate maciem infantiae publicare. Te
 ergo Antagonista, deic non carmine ficto, neq; per ambages et longa exorsa tenebo,
 et prolixam de Parricidii satis omnibus cognita natura sermonem instituum, non multis
 argumentorum ponderibus Magistratum Parentis esse loco probabo. Ad siquidem omnes
 omnino quibus mens sana in pectore est sano, non solum concedunt; verum etiam, ut sic cre-
 dant ac statuunt, maxime necessariam esse putant. Interim quum vulgatum illud obtineat,
 qui bene distinguunt, bene docet, distinguere omnino inter Magistratus debuisse; debuisse et
 se ostendere, quoniam parentum loco sint habendi; debuisse addere, non paucos, a paren-
 tum natura degenerantes, crudelissimos hodie Tyrannos existere. Possem me hinc nisi
 exempla viva nimis odiosa forent, in numeros citare Tyrannos, qui ad clavum Reip.
 ostro hoc seculo sedent, sed praestat eos silentii pesto involvere, quam in agrum prode-
 re praepriis ubi satis illi cuius jam sunt cogniti, qui a limine saltem Principum ac Re-
 gum aulis salutavit. Eum ergo Gregium te cavillatorem egisse, egregium te praestitisse
 hypocritam mihi videris: dum vel ipsis desitis audacior, quae non ex re tuis fore ut
 delantur, omisisti. Omisisti nimirum, qui maxime proprius parentum est affectus, amorem,
 et solam potestatem eorum pro imperium copiosissime exaggerasti. Libens Equidem
 concedo, maximam ut parentum, ita etiam magistratus esse utilitatem, et ac necessita-
 tem. Solen enim caelo, ad falem terre is quod adimat, qui Magistratum admittit, dudum
 Scythiarum libellis hausi. Novi et ego: quod Magistratus subditos suos, perinde ac pater-
 nales defendere, et ab illis hostium insidias arcere teneatur. Novi praeterea, parentum
 maxime